UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

## Gratianus <de Clusio>

## Parisijs, 1542

Uigesima c[aus]a q[uesti]ones iiij. [com]p[re]he[n]dit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

SI qua mulier. ¶ Caſus. Lex iſta diuidit in quatuor partes. In prima parte dr ꝙ ſi aliqua mulier ſine liberis monaſterium intrauerit: oēs res eius ſtatim in ipſo ingreſſu competūt monaſterio. In ſcḋa parte dicitur ꝙ ſi liberos habet, et monaſterium ingrediatur, liceat eis poſtea res ſuas inter liberos diuidere: legitima nulli diminuta: et qḋ eis non dederit totū penes monaſteriū remanebit. In tertia parte dicit ꝙ ſi omnes res ſuas voluerit inter filios diuidere, tantum remaneat pro monaſterio quantum dederit cuilibet filiorum. In quarta dicitur ꝙ ſi moriatur poſt ingreſſum anteꝗ̄ inter filios diuidat, filij habebūt tantū legitimā reliqua ſubſtantia ad monaſteriū ptinente. Scḋa pars incipit ibi. Sed ſi pſona. Tertia ibi: Sꝫ ſi omnem. Quarta ibi. Sed ſi poſt.

a ¶ Non extantibus. Sed qd ſi habet aſcēdētes? idē videtur quia eque ſuccedunt aſcēdentes, licꝫ ordine turbato. ff. de inof. teſta. nam ⁊ ſi. ⁊ quia aſcendentem non poteſt quis exheredare niſi commiſerit cauſam ingratitudinis: vt in aut. vt cum de ap. cog. col. viij. §. ij. ad idē. C. de epi. ⁊ cle. aut. preſbyteros in fi. ſed aliud eſt hic ratione monachat⁹, ⁊ fauore religionis. Itē adhuc huic obſtat in aut. col. ix. vt nul. iudi. §. pe. vbi pater hꝫ tertiam partem bonorum filie que detrudit in monaſterium: ſed hoc ideo eſt q2 ibi illo inuito fuit monacha. Sed quid ſi primo facit teſtm̄? Videt ꝙ per ingreſſum monaſterij rumpitur, quaſi per poſthumi agnationem. eccleſia enim comparatur poſthumo: vt extra de ꝓba. in preſentia. in aut. de ſan. epiſ. §. ſed ⁊ hoc preſenti addimus ſanctioni. ff. de iniuſ. rup. teſt. filio. Item per capitis diminutionem rumpitur teſtm̄. inſti. qui. mo. rūpitur teſt. §. ij. Item iſte diminuit capite: q2 tranſit in alterius poteſtatē. ¶ Econtra videt ꝙ teneat teſtamentū: q2 pro mortuo habetur: ſed in morte confirmatur teſtm̄. Itē legatum non perit per capitis diminutionē: vt. ff. de ca. dimi. legatū. Ad hoc dico ꝙ rumpitur teſtamentum niſi prius aliquid reliquerit monaſterio. ſi ergo inſtituerit monaſterium ante ingreſſum monaſterij in vno denario: poſtea non rumpitur teſtm̄. h. tamen ⁊ Jo. contrarium dicunt. Sed nunquid monaſterium ipſo ingreſſo adeptum eſt poſſeſſionem rerū illi⁹? Videtur ꝙ ſic quēadmodum adoptans adipiſcit poſſeſſionem adoptati. ff. de preca. ſi adoptauero. quod concedo. Sed quid ſi ingrediens monaſteriū habuit vſumfructū bonorū: nunquid monaſterium pōt vti fructibus illo viuente? Videt ꝙ nō: tum ideo q2 morte extinguitur vſuſfructus: tum quia vſuſfructus alij concedi non poteſt niſi diceres ꝙ ius vtendi remaneret apud iſtum, et vtilitas apud monaſterium. Sed cō tra: ſi aliquod eſſet ius penes eum, in ipſo ingreſſu eſſet factuꝫ monaſterij. Dico ergo vſūfructum non remanere apḋ illū. Alij cōtradicūt, arg. C. de vſufru. l. vlti.

Teſtm̄ vtrū p ingreſſū mōaſterij rūpat.

¶ De hoc no. s. e. qō. ſtatuimus. et inſti. de capi. dimi.

Vſuſfructus an tollatur per ingreſſum monaſterium. Sed cō ſum religionis vel an querat monaſterio.

ſi ſe ⁊ ſua tradiderūt: aliud de his q̇ ſolitariā vitam ducentes ſe nulli eccl'ie tradere poſſunt. illi ſemel tradita nulli tradere poſſunt: iſti nulli oblata libere teſtari valent.

Item in autenticis conſtitu. ix.

SI q̄ mulier aut vir monaſticā vitā elegerit, et intrauerit monaſteriū: liberis non extantibus [a], monaſterio qḋ ingreditur, res eius competere iubem⁹. ¶ Sꝫ ſi perſona liberos habēs anteꝗ̄ de rebus ſuis inter eos diſponat, monaſterium intret: liceat ei poſtea inter eos diuidere [b]: legitima [c] portione nulli diminuta triente vel ſemiſſe: et quod eis non dederit, monaſterio competet. ¶ Sed ſi omnē ſubſtantiā inter filios diuidere voluerit: ſua perſona filijs ſuis connumerata, partem ſibi retineat que monaſterio competere [d] debeat. ¶ Sꝫ ſi poſt ingreſſum moriatur anteꝗ̄ inter eos diuidat, filij legitimā portionem percipiāt: reliqua ſubſtantia monaſterio competente. In aut. de monachis conſti. v. in colla. j.

Nunc autē cū monachus fact⁹ eſſet, hoc ipſo res ſuas omnes obtuliſſe videatur, ſi prius teſtatus non ſit: exinde iudicio eius ceſſante [e] lege diſponitur, vt ſi liberos haberet in quos aut nihil, aut min⁹ legitima portione quoquo modo donandi titulo ꝯtulerit, eatenus ſubſtantie monaſterio deſtinate detrahat, ne quid contingat circa liberos iniquum.

Item ex nouella.

NOn liceat parentibus liberos, vel liberis parētes ab hereditate ſua repellere monachos factos: quāuis dum laici fuerāt, in cauſam ingratitudinis [f] inciderunt. ¶ Itē non liceat parentibus liberos ſuos ad ſolitariā vitam tranſeūtes abſtrahere de monaſterio.

¶ Cauſa.xx.

b ¶ Diuidere. ſed qualiter teſtat vel diſponit iſta perſona de reb⁹ alienis contra illud inſti. q̇bus nō eſt permiſ. face. teſta. in princ. Sed dic ꝙ hoc ex quadam benignitate permittitur a iure, ne eccleſia videatur aliquē velle circūuenire propter res ſuas. preterea video ꝙ quādoꝗ̄ aliquis diſponit de reb⁹ alienis, vt mater que trāſit ad ſecundas nuptias, teſtari pōt de rebus priorum filiorū, ⁊ diſponere inter ipſos: vt. C. de ſecun. nup. femine. §. vlti.

c ¶ Legitiā. portione. id eſt tertia vel medietate ſm numerū filioꝝ. C. de inof. teſt. aut. nouiſſima.

d ¶ Competere. ne ſit oneroſus monaſterio. xvj. q. vj. de lapſis.

¶ Nunc autē. ¶ Caſus. Eo ipſo ꝙ aliquis efficitur monachus, res ſuas monaſterio confert, ſi ipſe non fecit teſtamentum prius: ⁊ ideo ceſſante poſtea iudicio eius teſtamentario, ſi filijs nihil vel minus legitima contulerit, legitima eis per leges ſupplebitur, ne quid circa eos contingat iniquum.

e ¶ Ceſſante. i. ſi ceſſauerit iudicium: q2 morte preuentus eſt: ⁊ ſic non obſtat. s. e. l. pri. quidā tn̄ intellexerunt qḋ hic dr, cū vere factus eſſet monachus: primā legem intelligunt cum adhuc eſt in probatione. Jo.

NOn liceat. ¶ Caſ⁹. Hec cōſtitutio diuiditur in duas partes. In prima dr ꝙ parentes non poſſunt exheredare filios ingratos ſi poſt ingratitudinem monachi fiant. Idē iuris eſt de filijs contra parētes. In ſcḋa parte dr ꝙ parētes non debēt filios reuocare ad monaſterium tranſeuntes. Scḋa pars incipit ibi. Item non liceat.

f ¶ Ingratitudinis. Ecce ꝙ ingratitudo abolet p ingreſſum monaſterij: ſiĺr irregularitas: vt. lvj. diſt. c. j. cū enī alias monachus ſit perfect⁹, nō requirit in eo omnimodo regularitas: vt. xvj. qōe. j. legi. monachatus enim omnem maculam abſtergit, in auten. de mona. in princi.

Irregularitas tollit p monachatū.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

col.j.arg.tamen eſt ꝙ non tollatur irregularitas.lv.diſt. priſcis.j.q.vij.c.ij.Joan.

Uo pueritie. ¶ Caſus. Supra oſtenſum eſt quid iuris ſit de adultis monachis factis.nūc vero ſupponit cauſam vigeſimā Gratianus, vbi tractat de impuberib⁹: de quib⁹ vt meli⁹ pateat qd iuris ſit: ꝓponit thema, de quo q̄tuor elicit q̄ſtiones.

Quod itra annos. Hec q̄ſtio diuiditur in.v. partes. In prima ꝓbat ſupficialiter per quinqȝ ca. ꝙ ſi puer a patre traditur monaſterio, cogitur ibi ſemꝑ eſſe: qđ tamē non eſt verū niſi vſqȝ ad etatē legitimā. Scđa ibi, Ex his authoritatib⁹. Tertia ibi, Uelamen. Quarta ibi, Tēpus quoqȝ. Quinta ibi, q̄uis. Jo.de fan.

¶ Caſ⁹. Hic ponit̄ pma q̄ſtio, in qua q̄rit̄ vtrū pueri traditi monaſterijs a parētib⁹ ab annis pueritie, cogant̄ in monaſterijs pmanere. Et certū eſt ꝙ vſqȝ ad annos pubertat⁹ in monaſterijs ſēꝑ manere cogunt̄: ſed cū peruenerint ad etatē legitimā, ſi ibi permanere noluerint, recedere poſſūt: vt j.e.qō.illud.ad inſtar ſponſaliū, vbi maior tenetur expectare minorē vſqȝ ad legitimam etatem: vt extra de deſpon.impub.de illis. Hug.tamen dicit ꝙ ſi ſint doli capaces, cōpellunt̄ ibi morari ſi non contradicunt. Alij ꝟo contra.⁊ procedit hoc ordine Gratianus. primo ꝓbat ꝙ in arbitrio puerorū eſt recedere vel ſtare cum ad annos pubertatis peruenerint. poſtea probat contra.ſed tu ſtabis illi ca.illud.

a ¶ Qđ intra annos. Aut eſt adultus q̄ intrat monaſterium: aut impubes. Si adult⁹ eſt,⁊ ſpōte intrat, exire non poterit: vt.j.e.qō.j.puelle.⁊.qōe.ij.c.j.et.ij.ſi inuitus intrat, exire pōt: vt.j.q.j.ſicut. niſi propter aliquam culpam inuitus intret: vt.l.diſtinc.ſi ille.et.xxj.qōne.ij.placuit. Si impubes intrat: aut ab alio ponitur in monaſterio, aut per ſe intrat.ſi ab alio ponitur in monaſterio, et ipſe non conſentit: poteſt egredi quando voluerit: vt.j.e.q.puelle.et.q.iij.preſens.ſi vero conſentit cuȝ ab alio ponitur in monaſterio, tenet: licet conſenſus ille qui fit ante annos diſcretionis, non teneat.inde tamen exire non poteſt priuſqȝ veniat ad legitimam etatem, ad inſtar carnalis matrimonij: vt extra de deſpon.impu.de illis.et.j.e.queſt.illud, ſed q̄ cito peruenerit ad perfectam etatē, poteſt egredi. vt.j.e.qō.iij.preſens.et extra de regu.cum ſimus.licet quidam dixerint ꝙ in impubere ſufficiat ſola parentis oblatio ad hoc vt monachus ſit: argu.eius qđ eſt extra de regu.ca.ſignificatum.et.j.e.c.j.⁊.ij. Sed contra eos eſt expreſſe extra de reg.cum virum.⁊.c. cum ſimus. Si ꝟo impubes propria authoritate itrat, poteſt extrahi a patre vel tutore: vt.j.e.qō.ij. puella. Hoc tamen ſcias ꝙ ſm Hug.ſi doli capax ē ingreſſus monaſteriū ſiue per ſe, ſiue per voluntatē patris: dummodo non fuerit coactus, ammodo nō pōt exire, licȝ non peruenerit ad annos pubertatis, q2 cuȝ doli capaces ſe poſſint obligare diabolo: vt extra de delic.pu.capitu. puer̄.multo forti⁹ deo. Item cum in matrimonio carnali malitia ſuppleat etatem. vt extra de deſpon.impu.de illis. ergo et in ſpirituali. Greg. refert in dialogo de quodam puero nouenni qui nutricē ſuaȝ grauidauit. Alij dicunt ꝙ nemo obligatur voto ante legitimam etatem: nec eſt ſimile de matrimonio carnali: quia ibi obligatur tantum homini: et illud vinculum diſſoluitur ſaltē morte: ſed vinculum ſpirituale morte non diſſoluitur: argu. xxxij.qō.vij.licite.ſed hodie preualet opinio Hug. vt extra de regu.poſtulaſti. Jo.ſed certe particula que hoc dicebat, eſt ſubtracta. Bar.

Quo pueritie annos agentes, a parentibus monaſterio traditi ſunt: vnus inuitus, alter ſpontaneus cucullā induit. ad annos pubertatis venientes, inuitus ad ſecularē militiā redijt, ſpōtaneus monaſterium diſtrictius petit. Nunc primū querit̄: ſi in pueritie annis traditi cogantur religionis ꝓpoſitum tenere. Secundo, ſi preter voluntatem parentū tonſuram vel religionis veſtem quis in pueritia accipiat, an poſſit ſibi detrahi, an non?

Tertio, ſi preter ꝓpriā voluntatem cucullā induerit, an cogatur eam retinere, an non?

Quarto, ſi ab vno monaſterio in aliud diſtrictius liceat alicui tranſire.

¶ Queſt.j.

Quod itra annos [a] pueritie traditi cū adulti fuerit liberum habeant arbitrium manendi vel diſcedendi: probatur authoritate.ix.ſynodi, in qua ſic ſtatutum eſt.

¶ Uirginitatis profeſſio quo tempore firma eſſe incipit.

Firma autē tūc erit ꝓfeſſio virginitatis, ex quo adulta iam etas eſſe ceperit [b], et q̄ ſolet apta nuptijs deputari ac perfecta.

Si virginitatis profeſſio tunc incipit eſſe firma, cum etas ceperit eſſe adulta: et religionis profeſſio tunc demū debet eſſe firma, cum ad adultam etatē peruentum fuerit: ſed dic de illa profeſſione agere que in annis pueritie proprio arbitrio deo offertur, quam non confirmat parentum conſenſus. Ceterum que a parētibus deo offertur profeſſio, inuiolatam ſeruari oportet.

Unde Greg. ſcribit ad Auguſtinum anglorum epiſcopum.

¶ Nō licȝ de monaſterio egredi quem pater vel mater intra annos infantie fecit ordinari.

Addidiſtis adhuc ꝙ ſi

Firma autem. ¶ Caſus. Dicitur hic ꝙ profeſſio virginitatis tunc erit firma, cum etas ceperit eſſe adulta. id eſt cum perfecta erit etas nuptijs deputata. Et, pro id eſt.

b ¶ Ceperit. Non intelligas cum ceperit attingere. xiiij.annum maſculus, vel femina.xij.annum: ſed cum iam eſt in fine.xiiij.annorum vel.xij.

¶ Si virginitatis. ¶ Caſus. Dicit hic Gra.ꝙ ca.firma. intelligitur de illa profeſſione que proprio fit arbitrio a puero vel puella ſine patris vel matris authoritate: que cum peruenerit ad pubertatem, exire valet: ſecus ſi a parente offeratur monaſterio: quia tunc exire non valet. et ad hoc inducit ſequentia capitula.

Addidiſtis. ¶ Caſus. Queſitū fuit a Greg. vtruȝ poſſunt exire de monaſterio ⁊ matrimonio copulati pueri cum ad pubertatis annos peruenerint qui a parentibus in infantie annis monaſterio traduntur? Et

Dic de hoc vt plene not. ex̄ de apoſt. c.ij.in gloſ.ex hoc vr̄ q̄ fuit glo.L.

Monaſteriū ingreſſus añ pfectā etatem an poſſit poſtea exire.

De hoc.j.e. q.c.illō et.ff.de poſi.l. ſi quis in rem.

Puer nouennis nutricē grauidauit.

reſpondet q non: q nephas eſt vt voluntatis frena rela xentur filijs qui deo a parentibus offeruntur. tur ſeruare factum parentum, et non in voto? Reſpon. quia ibi recipit ſacramentum: vnde illud cogitur ſer uare: vt.xl. diſtinctio. de iudeis. Item quia in baptiſmo poteſt puer per alium obligari: vt de conſecra. diſtinctio. iiij. baptiſmi vicem.

Addidiſtis. Hec tria cap. intelligas de illis qui poſt adultam etatem conſenſum accommodauerint: ſed Hu. intelligit de doli capacibus.

Scil. iſtō ca. et duo ſequen. Mater non pōt filiū re ligioni tradere.

Obligāt parētes in baptiſmo: ſed non in voto.

a Mater. videtur ergo q mater poſſit tradere filiū ſuum religioni: vt J.e. quicūqz. quod non videtur, cum non habeat ipſum in poteſtate: vt inſti. de adopt. §. femine. legas ergo vel pro et.

b Infantie. id eſt pueritie.

c Pubertatis. S.xxviij. diſtinc. de his. contra. ſed loquitur de ſecularibus

d Deuitamus. Ex his ca. ſumunt quidaz ſchiſma erroris ſui: et dicunt ſufficere ſolā oblationem patris ad hoc vt quis monachus fiat: vt extra de reg. ſignificatū et.c. ad hec. ſed eis obuiat. J.e. illud. et extra.e. cū ſimus. ſed intelligas iſta ca. quando in adulta etate conſenſerūt: et ſic interpretaf ca. celeſtin. extra.e. cum virū.

e Monachuz. Deuotio. r filij ſpōtanea ꝓfeſſio ſupple.

f Profeſſio. p ſe.

Quicūqz. Caſus. Quicunqz fuerit a parentibus monaſterio deputatꝰ, ꝑpetuo debet ibi morari: et hoc probaf exemplo Samuelis, qui oblatꝰ ab anna cuz iam eſſet ablactatus a matre, in ſeruitio dei permanſit. Et intelligitur hoc ca. de illis qui poſt legitimam etatem conſenſerunt: vel qui tēpore oblationis erant doli capaces.

pater vel mater[a], filium filiā ve intra ſepta monaſterij in infantie[b] annis ſub regulari tradiderunt diſciplina, vtrū liceat eis poſtq̄ ad pubertatis[c] annos inoleuerint, egredi, r matrimonio copulari. hoc omnino deuitamꝰ[d]: q nephas eſt vt oblatis a parētibus deo filijs voluntatis frena relaxentur.

Itē ex conci. Toletano. iiij.

Aut ꝓpria ꝓfeſſio, aut paterna deuotio monachū facit.

Monachuz aut paterna deuotio[e], aut ꝓpria ꝓfeſſio[f] facit. quicquid horum fuerit, alligatū tenebit. Proinde his ad mūdū reuertēdi intercludimꝰ aditū, r oēs ad ſeculum interdicimꝰ regreſſus.

Item Iſidorus.

In monaſterio perpetuo maneant qui a parētibus traditi ſunt.

Quicunqz a parētibꝰ proprijs in monaſterio fuerit delegatꝰ, nouerit ſe ibi perpetuo māſurū. Nā Anna Samuel puerū ſuum natū r ablactatū[g] deo pietate obtulit, q̇ r in miniſterio tēpli quo a matre fuerat deputatus, permāſit: r vbi ꝯſtitutꝰ eſt, deſeruiuit.

Item ex regiſtro Gregorij.

De eodem. Palea.

Quia autē in inſulis dura eſt congregatio monachoꝝ: etiam pueros in eiſdē monaſterijs ante. xviij. annorū tempora ſuſcipi prohibemus: vel ſi qui ſunt, tua eos ꝓuidētia auferat, r in vrbē Romanā tranſmittat. hoc in palmaria alijſqz prouincijs te per omnia volumus cuſtodire.

Item ex conci. Triburienſi.

Quia ꝓgenitoribus monaſterio traditus eſt, de eo egredi non licet.

Quem progenitores ad monaſterium tradiderunt, r in eccl'ia cepit[h] canere r legere: nec vxorem ducere, nec monaſteriū deſerere poterit: ſz ſi diſceſſerit, reducatur: ſi tonſurā dimiſerit, rurſus tondeatur: vxorem ſi vſurpauerit, dimittere compellatur.

Item ex penitentiali Theodori. Palea.

Infans ꝑ infante poteſt dari i monaſterio, quāuis alter vocatus ſit. Tamen melius eſt votū ſoluere. Similiter et pecora equali precio (ſi neceſſe eſt) ſunt redimenda.

Ex his authoritatibus colligit q paterna ꝓfeſſio pueros tenet obligatos: nec licebit eis a propoſito diſcedere quod paterna deuotione in puerilibus annis ſuſceperunt.

Sed obijcif illud Leonis pa.

Non licet puellis nuptias eligere que ſpontanea voluntate virginitatis ſuſceperint propoſitum.

Puelle[i] que non parentum coacte imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum atqz habitum ſuſceperint: ſi poſtea nuptias elegerint, preuaricātur, etiam ſi nondum eis conſecratio acceſſerit: cuiꝰ vtiqz non fraudarentur munere ſi in propoſito permanerēt. ambigi vero non poteſt crimen magnum admitti vbi et ꝓpoſitum deſeritur, et cōſecratio violatur. Nam ſi humana pacta non poſſunt impune calcari[k]: quid de eis ma

Quem progenitores.

h Cepit. arg. q preiudicaf alicui ꝑ factum ſicut ꝑ dictum: et q non refert an factis vl' dictis declaret quis voluntatem ſuaz: vt extra de ap. dilecti. et. xxij. q. v. cauete. ſic extra d̄ regu. vidua. r. xxvij. diſtin. quod interrogaſti.

Ex his. Hec ē q̄ō le. et ij. pars. q̄ō. in qua not. probat magiſter q nō cōpellitur puer remanere niſi velit in etate legitima: r ibi hoc ꝓbat per tria.

Vide xvij. q. j. c. j. r. ca. vidua r ibi vi deas, c. Jo. de fan.

Caſus. Concludit G. ex ſupradictis q pueri ex oblatione paterna in tm̄ ſunt obligati, q a monaſterio recedere nō poſſunt. Sed huic concluſioni obijcit per ſequens ca.

ij. ps.

Puelle. Caſus. Puelle q̄dam nō coacte ab eorū parētibus, ſz ſponte habitū monachalem ſuſceperūt: poſtea matrimonia cōtraxerūt. Queſitū fuit a leone papa vtrum cōtra ꝓfeſſionē ſuaz poſſunt venire: et reſpondet q non, etiā ſi nondum velum cōſecrationis ſuſceperit. Et hoc ꝓbat exemplo contrahentiū qui contra ſua pacta ipſi neuenire non permittuntur.

i Puelle. adulte. Sed ſm̄ H. doli capaces. celeſtinus tamen videtur intelligere hoc ca. de adultis. extra de regu. cum virum.

g Ablactatum. i. ſola oblatio non ſuffeciſſet, niſi ipſe poſtea ratum habuiſſet. Sed quare in baptiſmo cogi

k Calcari. ſi. xxvij. q. i. c. ij.

nebit qui corruperint federa diuini ſacramenti?

Cum ergo in pricipio huius capituli dicatur. Puelle que non coacte imperio parētum: datur intelligi ꝙ ſi coacte habituꝫ virginitatis ſumpſerint ſine preuaricatione ipſum deſerere poſſunt: ſed puella hec nubilis intelligitur, cuius (vt in ſequētibus demonſtratur) poſt.xij.annum liberum eſt arbitrium: nec in electione propoſiti cogitur ſequi parētum imperium.

Sic ⁊ illud intelligendum eſt quod eſt ſtatutum in ſynodo habita ab Eugenio papa.

¶ Extra voluntatem propriam retruſi in monaſterijs non teneantur.

Sicut q̄ monaſteria elegerunt, a monaſterijs egredi non permittuntur: ita hi qui inuiti ſine iuſta offenſionis[a] cauſa ſunt intromiſſi non niſi volentes teneantur: quia quod non petūt, non obſeruant. Ideoqꝫ tales conſiderandi ſunt magis peccata committere ꝙ̄ plangere: ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis pape manifeſtiſſime continetur.lib.vj.

Unde Marcellus papa.

¶ Palea.

Illud autē ſtatuēdum eſſe cēſemus vt ſi in minori etate filij monaſterio oblati fuerint, vel ſacram tonſuram vel velamina ſuſceperint, dignum quidem duximus vt xv.[b] anno a p̄latis moniti verbis inquirātur vtrum in ipſo habitu permanere cupiāt, an nō: ſi vero permanere profeſſi fuerint, vlterius penitendi locuꝫ minime amplecti poſſunt. Si vero ad ſecularē habitum reuerti voluerint, redeundi licētia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile eſt vt coacta ſeruitia domino preſtentur.

Velamen[c] autem non licet imponere virginibus niſi certis diebus.

Unde Gelaſius papa omnibus epiſcopis.

¶ Nonniſi certis dieb⁹ velamen imponatur virginibus.

---

¶ Cum ergo in principio ¶ Caſus. Concludit hic Gratianus ex ſupradicto ca. a contrario ſenſu ꝙ ſi a parentibus coacte fuerunt habitum recipere, ipſum deſerere poſſunt. Poſtea ſoluit dicens ꝙ ca. illud puelle, loquitur de puella nubili que poſt.xij.annum a patre cogi nō poteſt monaſterium igredi: et ſi coacta fuerit, habitū ſeruare non cogitur. et ad hoc īducit ſequens capit. ſed ſi eſſet innubilis ſec⁹ eſſet: ſed hec eſt allegatio. detur ꝙ nihil temporis habebit. nam canon cōparat contractum quo quis obligatur homini obligationi diuine: vt.xxvij.q.j.ca.ij. ſed in contractu humano non licet etiā incontinenti reſilire: vt.C.de tranſac.quamuis. ergo nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam ꝙ ſi ante.xiiij.annos fecit profeſſionem, ſtatim cum per vnum diē fuerit poſt annos.xiiij. in monaſterio, eſt ei factuꝫ preiudiciuꝫ: ſecus ſi non fecit: per id quod eſt extra de regu.ad noſtram. Meli⁹ credo eſſe dicendum ꝙ ſi ante annos pubertatis habuit diſcretionem tātam vt per ſe vel per alios ſciuiſſet, ꝙ ſtatim eſſet obligat⁹, vt tūc ſtatim poſt annos xiiij. ſit obligat⁹ ſi nō cōtradicat. Sed ſi nec p ſe nec per alios potuit ſcire aliquid de obligatiōe iſta, tūc in.xv. anno ſit inquirendum ab ipſo an velit ſtare, an non. ab alijs enim non eſt hoc inquirendum niſi ab illis qui per ſe non poſſunt hoc ſcire: nec ab alijs hoc didicerūt. Itē nunquid poteſt aliquis petere in integrum reſtitutionē qui in.xv.anno intrauit religionem? Argu. ꝙ ſic. extra de reg.ad noſtrā? Reſpon. non. q: non eſt deceptus qui chriſto ſe cōiunxit. preterea quia in talibus cenſetur maior: ſimiliter in matrimonio. extra de reſti.ſpo.ex parte.

Sicut. ¶ Caſus. Sicut illi qui ſponte ingrediuntur monaſterium recedere non poſſunt: ita hi qui ſunt inuiti miſſi ſine iuſte offenſiōis cauſa permittuntur abire: quia timēdum eſſet vt tales magis peccata cōmitterēt ꝙ̄ plangerēt: ſicut probatur per decretum Leonis. Maxime id eſt magis.

a ¶ Offenſionis. Propter delictum eīn cogitur q̄s intrare monaſteriū: vt.xvj.q.vj. de lapſis.l.diſtin. ſi ille. et.lxxxj.diſt. dictū. et.c.ſi q̄s clericus. et.xxxiij. q̄ō.ij. admonere. Et ſi certū tp̄s ei non preſigitur, nūquid ppetuo ibi manebit? Videtur ꝙ ſic: vt lxxxj.diſt.ſi quis clericus. et ſeruus qui ſine prefinitione temporis in vincullis ponitur, perpetuo ibi eſſe videtur: vt.C.de pe.ſeruus. Arg.contra.ij.q.j.in primis.

Mona- ſteriuꝫ cogitur q̄s itra re ppt̄ delictū.

Illud autē. ¶ Caſus. Hoc cap. palea eſt: ſed tñ melior eſt quolibet premiſſo a G et concordat cum illo ca. firma. Statuit Martinus papa vt ſi filij infra pubertatis annos a parentibus offeruntur monaſterijs, ⁊ tonſuram vel velamen ſuſceperunt in.xv.anno: ab abbatibus vel alijs prelatis debent inquiri vtrum velint in ipſo habitu permanere: et ſi conſenſerint, vltra non erit penitentie locus. ſi autē negauerint, poterūt ad ſecularem vitam redire: q: coacta ſeruitia deus non diligit.

Hic vt nota.G. lxxxj.di ſtin. dicētum. ⁊ vide q̄d not. eē de ɔſti. et lris. j.diſt. c. j. arch.

b ¶ Xv. Videtur ergo ꝙ habeat.xv.annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nā ante non potuit deliberare, cum nec ante habuit diſcretionem. videretur enim eccleſia circūuenire homines ſi aliquis cogeretur manere cum ea qui nunqꝫ deliberauit. nā etiam in illicitis datur alicui dilatio menſis: vt.j.q.j.conſtat. decretalis tamen videtur eis dare triduum: vt extra.e.ad noſtram. Vel ſaltem cōmunes inducie deberent eis dari ad loquendum cum amicis, et componendas ſarcinulas: vt.ff.ex qui.cau.ma.ab hoſtibus.§.vlti. Econtra vi

Profeſſio fctā poſt.xiiij. annos, ſtatī poſt obligat.

Quicqd h dicat, hodie teneas vt dicit ex̄ lib.vj.d̄ reg. iu. is q̄.ca. ſoluꝫ.c. cōſtitutionem. et de h⁹ Innoc. not.ſatꝭ ex̄ e.tit. ca.j.

iij.ps.

Aliqn̄ inuenit velū cōuerſionis: vt .j. xxvij q.j. viduas q̄ ibi not. q̄d ſit illud velū: et q̄ ſit drīa iter velū ɔuerſionis ⁊ pfeſſionis: notare vr̄ Joā. in gloſ. ibi in fine. Archi.

¶ Velamen. Hec eſt.iij.pars.q. in qua querit quando ſunt velande virgines. Et eſt dicendum ꝙ in.xxv.anno. et hoc probat per cap.ſeq. Jo.de fan.

¶ Caſus. Supra in precedenti capi. facta eſt mētio de ſacro velamine: nunc oſtendit Gratia. ꝙ ſacrū velamen non eſt imponēdum virginibus niſi certis diebus: quod probat per ſequens capi.

c ¶ Velamen. Hic agitur quo tempore virgines ſunt velande vel cōſecrande. Eſt autem quadruplex velum: ſcilicet velum profeſſionis, conſecrationis, ordinationis, prelationis. Velum profeſſionis imponitur tam virgini ꝙ̄ vidue, dum tamen ſit.xij.annorum: vt.j.q.ij.puella. Velum conſecrationis eſt quod tantū virginibus imponitur in.xxv.anno: vt.j.e.q.placuit. et.lxxvij.diſt.placuit. Velū ordinationis eſt quod olim imponebatur diaconiſſis in.xl.anno: vt.j.e.ſanctimoniales. Velum prelationis eſt quod in.lx.anno datur abbatiſſe: vt.j.e.iuuenculas.xxxj.q.j.quomodo virginibus. et per hanc diſtinc. multa ſedantur contraria. Jo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deuotis virginibus niſi aut in epiphaniarū [a] die, aut in albis [b] paſchalibus, aut in apoſtolorum natalibus ſacrum velamen minime imponatur: niſi forſan (ſicut de baptiſmo dictū eſt) graui languore correptis. Ne autē ſine hoc munere de ſeculo exeant, implorantibus non negetur.

Uiduas autem velare pontificum [c] nullus attentet.

Tempus quoq; conſecrationis earū ſimiliter obſeruatur.

Unde Grego. in Regiſtro.

Ante ſexageſimum etatis ſue annum virgines non conſecrentur.

Iuenculas fieri abbatiſſas vehementiſſime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua niſi ſexagenariam [d] virginem cui⁹ vita atq; mores hoc exegerint, velari permittat.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Sanctimoniales āte annum quadrageſimum non velentur [e].

Item ex concilio Aphricano quarto.

Ante.xxv. annuꝫ virgines non conſecrentur.

Placuit vt ante viginti quinq; annos nec diacones ordinentur, nec virgines conſecrentur: et vt lectores populum non ſalutent [f].

Item Pius papa.

Uirgines non velentur ante.xxv. annos, niſi forte neceſſitate periclitantis pudicitie virginalis: & nō ſunt conſecrande niſi in Epiphania, et in ſabbato Paſche, et in apoſtoloꝝ natalitijs, niſi mortis cauſa vrgente.

Quanuis autem vidue velari prohibeantur, viduitatis tamen ꝓfeſſio in ſcriptis ab eis eſt facienda. Ueſtis quoq; profeſſioni conueniēs eſt eis tradenda: qua vbiq; vtantur.

Unde in concilio Toleta.x.

Profeſſionē viduitatis faciant, et habitum ſumant religionis que caſtitatem ſeruare proponunt.

Uidua que ſancte religionis ꝓpoſitum obtinere voluerit, ſacerdoti vel miniſtro [g] ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis [h] profeſſionem faciat, a ſe aut ſigno [i] aut ſubſcriptione [k] notatam, continentem ſe religionis propoſitum velle (et hoc perenniter) inuiolate ſeruare: tunc accepta a ſacerdote vel miniſtro apta religionis profeſſioni veſte [l], ſeu in lectulo quieſcens, ſiue in quocunq; loco conſiſtens conſtanter vtatur, nec diuerſi coloris, aut diuerſe partis eadem ſit notabilis veſtis ſed religioſa et non ſuſpecta.

Queſtio.ij.

Deuotis. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur ꝙ ſacrum velamē nō debet virginibus imponi niſi in die Epiphaniarum, vel in albis paſchalibus, et in natalib⁹ apoſtolorum: vel niſi eſſent in articulo mortis: ſicut de baptiſmo contingit: ne ſine hoc mūere recedāt a ſeculo. In ſecunda parte dicitur ꝙ epi viduas velare nō debent. Scđa ibi: Uiduas autem. Et intelligitur hoc de velo cōſecrationis, quod tm̄ virginibus datur: vt.xxvj.di. acutius. Quod autē ſequit vſq; ad §. ꝗuis. planum eſt: et ſatis patet.

Uelum qb⁹ diebus imponi dꝫ

a Epiphaniaꝝ. Honeſtum eſt ꝙ in talibus ſolennitatibus tantum imponatur: poteſt tamē quolibet die dominico imponi; ex̄ de temp. ordi. ca.j.

b In albis. i. in tota ſeptimana paſchali.

c Pontificum nullus. Sed ipſamet ab altari recipiat: vt.xxvij. qōe j. viduas que. Uel recipiat a ſacerdote: vt.j. ea. vidua. Quidam tamē ex hoc capi. dicebant ꝙ nec epō nec preſbyter poteſt imponere velum vidue. Nec obſtat extra qđ metus cau. per latum. nam ibi non dicitur ꝙ velū impoſuit, ſed ꝙ imponere ſimulauit: ſimilit̄ non ob. extra qui cle. vel vouen. conſuluit. nam intelligunt illud de velo, id eſt de veſte: qđ ex hoc apparet quod dicitur in eadem decreta. ꝙ non fuerit profeſſa: cum tamen per illud velum intelligatur quis profiteri, cum ſit velum profeſſionis. Joan.

Abbatiſſa dꝫ eē ſexagenaria.

d Iuenculas. Sexagenariam. Apoſtolus enim dicit: Uidua non eligatur minor ſexaginta annorum.xxxj. queſtione.j. quomodo. Poteſt tamē hoc intelligi ꝙ ſit ſexagenaria, non etate ſed perfectione continentie.ij. queſtione.vij. paulus. ideo autem eſt virgo qr aliter non poſſet eſſe hortatrix virginitatis: vt.xxvj. diſtin. vna.

e Sanctimoniales. Non velētur. velo ordinationis vt ſit diaconiſſa: nō ad ordinē, ſed ad quoddā miniſteriū euāgeliū in matutinis lectionib⁹ nūciādi. Jo.

f Placuit. Non ſalutent. Solēniter dicendo: dominus vobiſcum. Jo.

Uirgines. Quanuis. ¶ Hec eſt. v. ps qō. in qua dr̄ ꝙ vidua licet velari non debeat, tm̄ debet habere quādā veſtē religioſam, et hoc ꝓbat per cap. ſeq. Joan. de fan.

v. ps.

Caſus. Supra in ca. deuotis. ꝓhibet epiſcopo velare viduas. Nūc vero oſtendit Gra. ꝙ profeſſio eſt facienda ab eis i ſcriptꝭ: et ꝙ veſtis religionis eſt eis tradenda a ſacerdote vel diacono: qđ ꝓbat ſequens cap.

Uidua. ¶ Caſus. Aliqua vidua monaſticuꝫ habitū recipe volebat. queſitum fuit in concilio Toleta. qualiter ſit ꝓcedēdum in hoc facto. Et rn̄det ꝙ ſi ipſa iuerit ad ſacerdotē vel diaconē, vel aliq̄s eorū ad eam ꝑuenerit, profeſſionem faciat in ſcriptis a ſe notatā ſigno ſigillari, ſi literas neſcit vel ſubſcriptiōe ſi ſubſcribere ſciat: in qua ꝓmittat religiōis propoſitū firmiter obſeruare: & veſte profeſſionis quam a pbr̄o vl' diacono receperit, vbiq; vtatur: que neq; diuerſi coloris ſit, neq; ſuſpecta.

Uotum ſolenne pōt fieri coraꝫ priuata pſona.

g Uel miniſtro. Arg. ꝙ votū ſolenne poteſt fieri corā priuata pſona: ſed ad q̄d facit mulier ꝓfeſſionē ſacerdoti? Potius em̄ deberet facere abbatiſſe. Sed hoc ideo fit qr feminis nō licet imponere velum alicui: vt.j.e.q.ij. ſtatuimus.

Uel dic ꝙ h⁹ dr̄ vt faciat d̄riam īter eaꝫ q̄ hꝫ ſigillū, et eā q̄ nō hꝫ. L.

h Scptis. Nō ꝙ ſit neceſſaria ſcptura, ſꝫ vt ſcptura ꝓpria obuiet ei q̄ ꝯuenit: vt.ſ.j.q.vij. ſaluberrimum.

i Aut ſigno. Cum neſcit ſcribere.

k Aut ſubſcriptione. Cum ſcit ſcribere.

l Ueſte. Sed velum accipiet ab altari: vt.xxvij.q.j. viduas. et ca. vidue que.

De his ſo. hec queſtio diuiditur in tres partes: in quarum prima probatur ꝙ pater poteſt filiū paruulū de monaſterio extrahere ſi eſt minor.xiiij.annis: et filiā ſi eſt minor.xij.annis: al's nō. Scda ibi velamē. Tertia ibi: Hac authoritate. Joan.de fan.

¶ Caſus. Hic ponitur ſcda queſtio qua querit̃ ſi puer vl' puella preter voluntatē parentum monaſticū habitū induerit, an poſſit a parētibus reuocari vel tutore? Et reſpondetur, quādo puer vel puella habitum ſuſcipit: ſi pater vel tutor eſt preſens, ⁊ non contradicit, conſentire videtur: vt.liiij.di. ſi ſeruꝰ. ſi autē contradicit, vl' abſens eſt, vſq͡ʒ ad annuʒ et diem poterit reuocare: niſi velit ratum habere quod factum eſt: et currit hoc tempꝰ a tēpore ſcientie: vt.j.e.c.j. Iſtud tamen tempus includitur intra etatem.xij.vl' xiiij.annorum: nec peccat pater reuocando filiū, vel tutor pupillū: nec filiꝰ vel pupillꝰ peccat obediendo patri vl' tutori: quia hoc faciunt authoritate canonis.

De his^a vero q̃ pter volūtatē parētū tōſuram vel religioſaʒ veſtem ſuſceperint, ſic definitur in.x.conci. Tole.

¶ Tōſura vel veſtis religioſa in minori etate ſuſcepta, a parentibꝰ irrita fieri poteſt.

SI in q̃libet minori etate vel religionis^b debitā veſtē vel tonſurā^c in vtroq͡ʒ ſexu filijs, aut vnus^d, aut ambo parentes dederint forte^e, aut nolentibus^f, aut neſcientibus ſeſe ſuſceptā nō mox^g viſam in filijs abdicauerint: ſed vel coram ſe, vel corā epiſcopo, palamq͡ʒ in cōuētu eoſdem filios talia habere permiſerint: ad ſecularem reuerti habitum filijs ipſis quandoq͡ʒ penitꝰ non licebit: ſed conuicti ꝙ tonſuram aut religioſam veſtem aliquādo habuerint, mox ad religionis cultum habitūq͡ʒ reuocent: et ſub ſtrenua diſtrictione huiuſmodi obſeruātie inſeruire cogant̃. ¶ Parētibus ſane filios ſuos religioni tradere non amplius q̃ʒ vſq͡ʒ ad quartūdecimū^h eorū etatis annum licentia poterit eſſe: poſtea vero an cum voluntate parentū an ſi ſue deuotionis ſit ſolitarium votū, erit filijs licitū religionis aſſumere cultum. quiſquis autē vel abolitione tonſure, vel ſecularis veſtis aſſumptione detectus fuerit attigiſſe tranſgreſſionem: et excōicationis cenſurā accipiat, et religioni ſemper inhereat.

Itē ex concilio Triburien̄.

¶ Vſq͡ʒ ad annos.xij. paterne volūtatis puella ſubiaceat arbitrio.

PUella^i ſi ante.xij.annos etatis ſpōte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumpſerit: poſſunt ſtatim parentes eius vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint: at ſi annum^k et diem diſſimulādo conſenſerint...

b ¶ Religionis debitā veſtē. hoc q̃ʒtum ad feminā.
c ¶ Uel tonſuram. hoc q̃ʒtum ad filium.
d ¶ Aut vnus. Cū vnū tantū habet. Sed nunquid ſi vnus parentū obtulit, alter poteſt eū reuocare? Argu. ꝙ ſic: q͡ꝛ ꝙ omnes tangit ⁊c̃. C.de autho.pre.l.vlt. ⁊.lxvj.di.ca.j. Dici tñ poteſt ꝙ ſi pater cōſenſit, ꝙ mater nō poteſt eum reuocare: niſi velis dicere ꝙ eque ſit in poteſtat: matris vt patris q̃ʒtuʒ ad hunc a pñe caſum: vt.s.e. que oblatū ſtione.j.c.ij. si vterq͡ʒ parens ſupereſt.

Mater non reuocat a religione filiuʒ.

e ¶ Forte. Supple ⁊ filij ꝯſenſerūt poſt adultā etatē.
f ¶ Aut nolentibus. Supple aut ſi volentibus ⁊c̃.
g ¶ Non mox.i. intra annū ⁊ diē: vt.j.c.primo. Uł mox.i.q̃ʒ cito pōt. ſic exponit̃.ff.ad tertul. l.ij.§.cōfeſtim. Uel mox.i.intra mēſem vt.j.q.j.cōſtat. Uel dic mox.i.q̃ʒ cito. ſic xxxij.qō.ij.mulier. C. quomodo et qñ iudex.ab eo. Itē aliquādo vſq͡ʒ ad decem dies.ij.q.vj.q̃. tiens.⁊ ca.anteriorum. Aliter mox.i. ad duos mēſes.ff. de re iu.a diuo. Itē aliquando extenditur vſq͡ʒ ad triduū: vt.xxiij.diſt.c.j.circa prin.et.lxxix.di. nullus. Item quandoq͡ʒ ponit̃ pro quandocunq͡ʒ: vt.ff.ſi cer.peta.l.j. ✝ Nec mireris ſi hec dictio mox, quandoq͡ʒ ampliatur: quia hec dictio diu, quandoq͡ʒ reſtringitur: vt.lxiij.diſt.lectis.⁊.lxv.di.de perſona.

Mox varia tpa complectit̃.

✝ De iſta dictione mox, adde pl'chra no. per Bar.in l.qm̃ nōnulli. C.de appel. ⁊ p eūdem Ba.i.l. ſi quis maior. C.de trāſac. et in.l. tutores de adminiſ.tu. ⁊ Bar.in l.imperator. ff.d iu.fiſc.et Bal.i.l. diuortio.ff.ſo lu.mat.

h ¶ Ad quartūdecimum. Et ſic ſoluit̃ patria ptās poſt quartūdecimū annū q̃ʒtū ad religionis ingreſſū. Jo.

Filium religionem ingreſſuʒ an poſſit pat̃ reuocare.

a ¶ De his. Hic queritur ſi pater vel tutor poſſit reuocare filium qui ingreſſus eſt religionē? Dic ergo: aut pater eſt preſens, aut abſens. Si preſens, poſtea non poteſt contradicere: argu.liiij.diſ.ſi ſeruus. Si abſens eſt, vſq͡ʒ ad annum et diem eum reuocare poteſt.j.e.c.ij. ita tamē vt iſte annus includatur intra legitimam etatem.xij.vel.xiiij.annorum. nec peccat pater reuocando filium: nec filius peccat obediendo magis patri q̃ʒ deo: quia hoc facit authoritate canonis.

